Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

18

usque dum tempus veniat me ab hac luce
discedere. Itaque si fieri potest ut me ego
tunc tibique spiritu sancto revelante ad me
venire possis gratum mihi est. Aliasque me
defuncto quocumque modo sit si domino annuente
te tibi revelatum fuerit, sic accelerare fe
stina ad sepulchrum meum et ad confratres
meos ut inde accipias epistolam meam et cambo
tam meam quam gallo ut eum absolvas a
differas meo iudicio. Nuncio autem tibi quia de
functo gallo post triennium vastandum
erit sepulchrum eius. Sic propere festina ad
locum ubi auditum habemus quod sanctus nar
cissus episcopus diabolo precepit draconem in
terficere ubique domino opitulante plurimos
ad fidem christi convertens. Curas eorum lucra
turus eris domino atque habebis ibi nomen
tibi a deo impositum. Sicut te sublimare
vult et vocaberis apostolus terre illius magnus
propter fidem quam predicaturus eris. Conversurus
eos ex crudelitate et cultura demonum ad fidem
christi. Ibi enim occurrent tibi demones m
ulta mala ingerentes. Sed tu confortatus
eris a domino qui te illuc deputat ad moran
dum atque manendum. His dictis profectus
Post eius quoque discessum Cest.
gallus retia sua et sagenam
navi imponens cum duobus
alias theodoro clericis suis magnoaldo et theoderber
to ad willimarum presbiterum venit. Qui sus
ceptus ab eo cum omni diligentia suis
adminiculis preparatis magnoaldo et
theodoro preparatus est. Transactis vero aliquot
diebus domino medelam impertiente qui verus
est medicus cepit sumere cibos. Sicque per
incrementa recuperationis temporis confor
tatus pristine sanitati restitutus est. Beatus
vero et felix a tanto languore liberatus
cepit laborare in populo ut eis viam vitae
ostenderet et curarum morbos sacra sua pre

ditatione depelleret. Investigato autem
a quodam diacono nomine hiltiboldo
qui omnes heremi ipsius notas habe
bat semitas, invenit locum speciosum
et planitie formosum atque bene aptum
ad manendum circumquaque pergirum montes habentes
excelsos torrentemque optime fluentem.
Sed et feris et bestiis atque serpentibus
nec non diabolicis habitationibus ple
num. Sumens gallus secum duos disci
pulos suos beatum magnoaldum
et theodorum ad ipsum locum pervenit.
Cooperante ergo gratia dei et suis sanctis in
tercessionibus magnique sui pedissequi
locus ille a feris et cunctis seu diaboli
cis habitationibus mundatus est. Et cel
la facta cepit ibi habitare et deo ser
vire. Porro beatus magnoaldus ex
pulsis a sancto gallo ab illo loco de
monibus precepit rursum in montem qui
vocatur himilinberch ibique ursum in
veniens precepit ei in nomine domini ut ab
scederet. Et continuo audita eius voce
discessit. Nuncians itaque hec latenti
gallo retulerunt gratias pariter domino qui
salvat sperantes in se. Interea illis
nuncius venit indicans gaudencium no
mine constanciensem episcopum de hac vita
migrasse. Et hoc audito unanimes
pro requie defuncti pastoris precibus
Denique [C]istiterit et lacrimis.
Non post multos dies epistola cuius
dam ducis nomine gunzonis
venit ad beatum gallum postulans ut quan
tocius posset properaret ad eum veniens
que filiam eius que illi erat unica a
maligno spiritu invasa a demonio libe
raret. Ille vero omnino intdixit ta
le quid acturum se esse dignum et ideo re
futavit venire. Iterum atque iterum pre

infirmitate febrium qua tunc laboravit